Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 26 (84)

PHILIPPVS DEI GRATIA

HISPANIARVM, VTRIVSQVE SICILIAE ET CAET. REX, ET MEDIOLANI DVX ET C.

Nomine Cr. Margaritæ Gauatiæ della Somalia porrectæ fuerunt preces in hanc formam. vz Ser.^me Rex. Agitur de contrahendo matrimonio inter fid M.S.S. Dn.am Margaritam Gauatiam della Somalia, et D. Michaelem Peretum nepotem Beat.^mi Dni nri. præuio etiam consensu habito à R. S. M.^te at verò cùm in consequentiam matrimonij dos etiam sit constituenda, dictusque D. Michael forensis sit, dubitat supplicans nè tutò id facerè possit, obstantibus statutis vigentibus tum in Ciuitatè Mediolani, tum in Ciuitatè Laudæ, in cuius districtu sita est maior pars bonorum in dotem dandorum, prohibentibus mulierem post aditam hæreditatem possè nubere forensi ~~post~~ sub poena amissionis ipsius hæreditatis, et vt latius continetur ex ipsis statutis, quæ exhibentur, tum et obstantibus etiam No. Const. in tit.º de poenis § Collegijs prohibentibus alienationem in forenses, licet stantè dationè in dotem inextimatam, et ita ut bona ipsa remaneant fundus dotalis, dici posset No. Const.^es non obstarè; ad tollendam tamen dubitationem, ad M.V. confugit. supplicando vt dignetur M.S. dispensarè, tutò et validè possè ipsam supplicantem ad dationè in dotem inextimatam deuenirè; non obstantibus supradictis allegatis statutis, et quatenus opus sit, dispositionè Nouar. Const.^um itaut et ipsa in dotem darè, et descendentes, quos ex ea nasci contingat ad successionem talium bonorum admitti possint, non obstantibus vt supra. quod speratur. QVIBVS lectis in Senatu, sedentè Ill. Locun.^te attestantè expressè de certa et indubitata voluntatè nostra vt sibi derogetur specialiter dictis statutis et nouis Const.^bus per præsentes decernimus, et dispensamus ipsam Cr. supplicantem tutò, et impunè deuenire possè ad petitam dationem in dotem inextimatam dictorum bonorum, et iurium, non obstantibus recitatis statutis, et Cæsaris Constitut.^bus quibus, in hac tantum partè derogamus. concedentes etiam vt descendentes ex ipsa supplicantè ad successionem ipsorum bonorum admittantur: non obstantibus prædictis. In quorum fidem, præsentes, sigillo nostro muniri fieri, et registrari iussimus. Datj Mediolani diè nono Julij ——

M. D. LXXXVIII.

[illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1880615800-10/fragment/page=0001

1588 Juli 9

R TAE IN FILO
PATENTIUM.
EG.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 26 (84)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1880615800-10/fragment/page=0002